Gratiam et pacem a domino. Literas tuas rectissimis viis Huldrich Symbot
refertas et eas quidem postremas a Memmingensi quodam a te commendato accepi
Quibus, quod bene se res vestrae habeant, cum intellexerim, immodice congratulor. Nam
et si Sathan a nobis non nihil videatur explosus, tale tamen virus, tantumque foetorem post se
reliquit, ut arceres ipsum ferme persensimus. Quinque partes ex agro, seditiose erant,
cum quatuor res omnis compositae, Quinta pars etiam iuri stare venit, in coram pagi
aliquot selectioribus Helvetiorum. Interim tamen nemo armis quicquam attentat. Sed quid
Sathan interim moliatur, nemo non cogitat. De missa redire clamant, quam frustra.
Domini quam acerrime dimicamus pensionum ablegandarum gratia. Sunt siquidem pensiones
optime de multis meritae, Quibusque domos et aras novas struxerunt. Quibus vestes
sericas, census, praedia adauxerunt, Quibus mensas et adornarunt, et variis ferculorum
deliciarum generibus oppleverunt, quo hi tam salutares pecunias tam facile, Evangelii
gratia amandarent. Hic nunc labor est. Hic sudamus, Hic remicamus
ab una parte. Ab altera sunt qui fidem et Gallo praestiterunt et immunia pecuniarum summa
Reliqui desunt nescio quot stipendia. Sic tandem fit hostis et minima quidem reliqua
pars, quae nihil omittitur, quo sanguinarius ille quaestus ad inferos usque affligetur.
Atque hoc die, huius rei gratia, diacosii ad senatum conveniunt, faciat deus ut ad gloriam
nominis sui et commodo patriae singula agant. Nam in comitiis Lucernanis et
Helvetii quibus interfuerunt unde tum, de pensionibus amandandis, in risum verterunt omnia
Postquam Bernates, dicunt, in fidei suae negocio resipuerint, audiemus eos. Tu is itaque
charissime Joachime: nostram memoriam, Vestris fratribus verbi domini apud vos ministrantes
saepius adhortari ut et ipsi saepius plebem vestram adhortentur ad preces effundendas quam voto
mea apud deum. Ceterum Currit sermo domini, et nos eo amplius, qui palam
adversetur. At si postliminio praticas non nulli omnia redimi possent, nec impii
sis nec laboribus parcerent. Consistorii iudices ad instar Tigurinos deputati sunt
item et eleemosinarii, quorum tamen iudices obiuit senatus negocio ut nihil turbulentius
unquam viderim. De Apologia Abzellani asini nihil dicendum contigit, Utinam
eam, huc mitteret, et dedolatam more typographis commendaremus.
Nova alioqui nulla sunt apud nos, quam quod doctorem Sebastianum Lofinge
Pfeining, conduximus nos in linguis professorem et nunc sacra biblia quatuor linguis edicens
Franciscus vero Kolbius, factus novus maritus, virginem duxit rusticanam honestam
et de bona familia. 300 florenos dimidium, praeter quam et illi thorum felicem. Postremo
de medicina corpori meo praestanda et si calculum non egeas, tamen sit persuasum mihi dicendum
dum nomine non male consulas. Addidi Zedulam inquit tercio nunc me peragendum
medium depingi. Iuncti salutant nobis Zilinos, Sufflinos, Reineros et omnium
illi: Syncerissimi fratres nostri Cristoferus Sertorius. Salutant et vos quam
quamquam brevem quidem non dederunt, Vale itaque charissime Vadiane
et me tibi ubique commendato, Ad aram usque vitae. Bernae
prima Junij Anno M. D. XXVIII.

Tuus ex animo minimus ministrorum

B. Hallerus

An den Erſamen, wyſen, hoch
gelerte Doctor Joachim von
att, burgermeiſter zů ſan
ʒ, üwr günſtige
lieben herren.